Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



exterſit capillis ſuis pedes eius: et domus impleta e
ſt odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius
iudas ſcharioth qui erat eum tradituris. Quare hoc
vnguentum nõ venditum est trecentis denariis et datum
est egenis? Dixit autem hoc. nõ quia de egenis pertinebat
ad eum: ſed quia fur erat et loculos habens ea q̃
mittebant ferebat. Dixit ergo ihesus. Sinite illam:
ut in diem ſepulture mei ſeruet illud. Pauperes enim
ſemper habetis vobiſcum me autem nõ ſemper habetis.
Cognouit ergo turba multa ex iudeis quia illic est
et venerunt non propter ihesum tantum: ſed ut lazarum
viderent quem ſuſcitauit a mortuis. Cogitauerunt autem
principes ſacerdotum ut et lazarum interficerent: quia multi
propter illum abibant ex iudeis et credebant in ihesum
In craſtinum autem turba multa que venerat ad diem
feſtum cum audiſſet quia ihesus venit in iheruſalem
acceperunt ramos palmarum et procesſerunt obviam
ei et clamabant. Osanna: benedictus qui venit in no
mine domini rex iſrael. et inuenit ihesus aſellum et ſe
dit ſuper eum ſicut ſcriptum est. Noli timere filia ſyon: ec
ce rex tuus venit ſedens ſuper pullum aſine. Hoc
non cognouerunt diſcipuli eius primum ſed cum glorificatus
est ihesus. tunc recordati ſunt quia hec erant ſcripta de eo et hec fecerunt ei. Testimonium ergo phibebat
turba que erat cum eo quando vocauit lazarum
de monumento et ſuſcitauit eum a mortuis. Propterea ob
viam venit ei turba: quia audierunt eum feciſſe hoc
ſignum. Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos. Videtis
quia nichil proficimus? Ecce totus mundus post ip
ſum abiit. Erant autem gentiles quidam ex hiis quia